ſinglare pctōꝝ. ⁊ tu ſancte angele dei
cuſtos bone. ac ceteri alij ſancti celeſtes. ad
eſte tūc mihi ⁊ mei eſtote adiutores Tunc
me defendite tunc mihi ꝯſulite. tūc meſtul
tam deſolatam aſſociate. tūc me pn̄tate ad
dexterā ante faciē ſūmi iudicis. ſub veſtra
ꝓtectōe. ꝓpellite canes illos infernales. me
deuorare q̄rētes. ſicut circa beatiſſimū illū
ep̄m martinū ⁊ pl̄imos alios facere tētaue
rūt. Impetrate tūc mihi illā gratioſā ſn̄iaꝫ
veni benedicta patris mei accipe regnū qḋ
paratum eſt ab initio mundi.

EXpaueſco nimirū ac vndiqꝫ ꝯtremi⸗
ſco / cū alterius illius memor ſuꝫ ſn̄ie.
Recedite a me maledicti Ite in ignē eter⸗
num. Heu q̄ꝫ amara ſeꝑatio a ſummo bo⸗
no ad ſummū malū. de oīmoda felicitate
ad totaꝫ miſeriā. de pace ꝑpetua ad ſempi⸗
ternā ⁊ abominabilē confuſionem. O ira
dei ac ſententia intolerabilis. ne cadas ſu⸗
per me. nihil quippe ē in me qḋ te ferre poſ
ſet. Allide me potius ⁊ flagella ſꝫm multitu
dinem miſerationū tuarum in hac vita. et
me ne ſinas in hanc que tā horrēda terren
daqꝫ eſt peccatoribꝫ. eā in ſuo iudicio ſuſci
pientibꝫ. iuſticie curiā incidere.

EXpgiſcere. expgiſcere miſerabil' crea⸗
tura. ⁊ auribꝫ erectis attende tonitru⸗
um huiꝰ ſentētie oculis apertis. ꝓſpice hu⸗
ius iudicij tenorē. Nimis profecto ꝯſopi⸗
ta es nimis obturata. nimis excecata. ſi nō
hanc ꝑpendis miſeriā / punitionēqꝫ acerri
mam. ⁊ ꝑpendens nō grauiter reformidaſ
et totis viribꝫ effugere conaris ⁊ in recogi
tatione horū non ꝯtremiſcis. plus q̄ꝫ foliū
arboris a vento agitatū. Non eſt hec fabu
la aut truſa. ſi xp̄iana es ſicut vtiqꝫ es deo
ānuente firma fide tenebis. ꝙ ſi cum ſolo
vno mortali deceſſeris / ſententiā hanc hor
ribileꝫ irremediabiliter incurres. Qua igi
tur diligentia merito fugies quaſi a facie
colubri mortale peccatū. q̄ꝫ ſolicita eris in⸗
ſuꝑ falſas ⁊ fictas huius ſeculi amicicias.
ſpernere. ac etiā ineptas illius delectatōes
que tibi nullo poterūt eſſe ſubſidio. in hac
ſūma neceſſitate. ⁊ ſtudebis tibi facere ami
cos vel paucos aliquos ſanctos. imo preci
pue deū glorioſuꝫ. bene viuēdo vt tūc tibi
ſit directio ſalus ⁊ liberatio.

¶E NE te q̄ſo ſeduxeris anima. ne teipam
adulando palpaueris. ne queruleris
Nec eni deus illi ſuo ſupmo pepcit ange⸗
lo lucifero. cuiꝰ tantus erat decor / tanta ſa⸗
pientia / tanta ꝑfectio / q̄nimo illū cuꝫ ſuis
cōplicibꝫ ꝓpter vnū ſupbie motū. de altiſſi⸗
mis ꝑadiſi ſedibꝫ in infimas ꝑtes ꝑcipita⸗
uit. Sed nec ade ꝓparenti pepcit quem
cum tota ſua poſteritate ꝓpter vnā inobe⸗
dientiaꝫ in eſu vetiti ligni / condēnauit ad
mortē. Imo nec cū toto mūdo diſſimula⸗
uit. cum p̄ter octo animas / omnes vſqꝫ ad
infantes vberibꝫ adherentes imo in vteris
adhuc recluſos / aquis diluuij deleuit a fa⸗
cie terre. Sic et illam pentapolim. vnica
ipſius loth domo liberata. ꝑdidit igne ac
ſulphure. gentēqꝫ totā illam eternis tradi⸗
dit ſupplicijs. Nunqꝫ illū ſanctū ꝓphetam
ſamuelē exaudire voluit pro rege ſaule q̄n
tūcunqꝫ pro illo intercederet ac ploraret.
Sꝫ nec illi ſuo proprio diſcipulo iude pe
percit quē laqueo ſuſpenſuꝫ miſit in gehē⸗
nam ignis. Sunt ⁊ alia plurima huiuſce⸗
modi dei iudicia ſuꝑ homines ſaracenos
iudeos atqꝫ xp̄ianos / dictu ⁊ cogitatu terri
bilia atqꝫ horribilia. ¶ Et tu igitur pauꝑ
ac miſera peccatrix quid pre ceteris de te fu
turum arbitraris. Que tibi eſt euadēdi at⸗
qꝫ fugiendi fiducia? Tu dietim in deteri⸗
us declinas. cum tua q̄ꝫ plurima grauia fa
cinora deflere ac emendare deberes. Nul⸗
lam pro his condignā facis penitentiā im
mo omnifariā tuā exquiris cōſolationem.
omnēqꝫ dolorem ac tribulationē deteſta⸗
ris. ¶ Si frequēter tibi quies negatur in
molli ſtrato / ſi nec paruam famis aut ſitis
moleſtiam ferre vales. Si leuis etiam ali⸗
qua febris te languidaꝫ atqꝫ impatientem
reddit. Que tua q̄ſo virtus eſſe poterit. ad
ferendos illos ardores / non quidē leues /
non momētaneos aut ad horam tranſeun
tes / immo vero ſupra q̄ꝫ dici poſſit duriſſi
mos ac ſempiternos. confer ad illa tormē⸗
ta / tuos quos hic aliquando pati cogeris
dolores. et vel aliquādo tui miſerere et tue
pelli proſpice.

NE queſo de illorū ſis numero anima ¶F
mea de quibꝫ cōmune loquit̄ prouer
biuꝫ gallicanū. foul ne troit dece quil prent
Quod latine dici poteſt. Stulto ſemꝑ cō⸗
tingit preter id qḋ credit. Tales vtiqꝫ fue⸗
runt illi quibꝫ loth / ad receſſum de zodo⸗
mis ſuadebat / ne perirent cū ceteris. cui nō
credentes ſed tanqꝫ deliramenta verba eiꝰ
reputantes. die ſequenti cū tota pentapoli
abſorpti ſunt. Sic ⁊ illis contigit quibus

noe dum arcã faceret iram dñi denũciabat
ĩmo etiaꝫ illis qui ſibi comites erant in fa⸗
bricatõne arce. Quibus ſiles hodierni no⸗
ſtri videntᷣ ꝑdicatores. ¶ Ne igiᷣ ſic crede
re differas ⁊ tibi contra hoc tam incõpabi
le periculũ conſulere donec in illud incide
ris tunc eni ſera nimis eſſet prouiſo. Audi
quid dicat deus diuiti illi petenti vt mor⸗
tuũ aliquẽ ſuſcitaret qui ſuos quinqꝫ frẽs
ãmoneret ne ſecũ in illum locũ tormẽtoꝝ
venirent. Habent inquit dñs moyſen ⁊ ꝓ⸗
phetas illis credant ſi voluerint. Tu itaqꝫ
anima habes ſcripturas et exempla pluri⸗
ma tibi nimirũ hec ſufficient ad iſta credẽ
dum. Tibi igitur caue. ⁊ fac vt ſis ꝑata cir⸗
ca horam tui deceſſus. Stultus enim eſt
qui ſibi nõ prouidet in tp̄e. ¶ Ita repelle
a tuo conſortio mortale peccatũ pro tuis
viribꝫ vt tunc tibi nõ ſit neceſſe ad eius ex⸗
pulſionẽ vacare. Libera te cito de manibꝫ
hominũ. ſi in eas incideris per debita. aut
rapinas. aut furta. aut odia. aut alia queli⸗
bet hmõi. atqꝫ tunc te diuine miſericordie
cõmitte. Dum tempus eſt ne differas do⸗
nec ip̄e veniat ad te. nõ quidẽ vt pater. nõ
vt benefactor. ſed vt iudex ſeueriſſimus et
deus vltionis. quoniã tunc nulla erit redẽ
ptio. ¶ Si te expiris in eo ſtatu eſſe ĩ quo
non auderes a corpe decedere/ cur non ſta⸗
tim abſqꝫ mora te ad illũ reuocas. frequen
ter euenit vt qui nõ vult dũ poteſt/ nõ poſ⸗
ſit dum vellet. Dat tibi deus ſpaciũ peni⸗
tentie. quo ſi abuteris. ac deterius hinc fa⸗
cias. que tibi ſpes aderit vt tibi alio tp̄e de
us hoc ſpaciũ indulgeat? Caue ne ſi nunc
dei fueris immemor/ ⁊ ip̄e tui obliuiſcatur
dũ opus habebis. ¶ Non igiᷣ tibi aĩa re⸗
fugiũ aliud eſt. niſi vt indilate paceꝫ habe
as ad deũ. fructus agens dignos peniten⸗
tie. ac de teip̄a iuſtã expetens vltionẽ. Si
enim noſip̄os iudicauerimꝰ. deus nos nõ
iudicabit. Uõ ſi in tuis maleficijs nõ eru⸗
beſcas que totiens contra talẽ patrẽ ac tan
tum benefactoreꝫ admiſiſti/ formidare de⸗
bes te incurſurã atqꝫ experturã in te ſuaꝫ po⸗
tentiã ac dñationẽ. humiliabis te igiᷣ ſem⸗
per in conſpectu maieſtatis eius vultum⸗
qꝫ demittens in terram. facie lachrymabi⸗
li ſuaꝫ miſericordiã implorabis. Animad
uerte qualiter ſancti dum in terra vixerũt/
iudicia dei tam ſacra q̄ʒ mirabilia expaue⸗
ſcebant. cum tamen in ſumma puritate vi
te cõſiſterent. Tu igiᷣ que ab annis diſcre⸗
tionis nec ꝑ diem a peccatis etiam plerũqꝫ
grauiſſimis vixiſti immunis. iudica ꝑ hec
quid tibi ſit faciendũ.

## Hic luctatur humi lis anima/ cum ſupbia. b

Vellem ex te ſcire/ ſuperbia temera⸗
ria. quo titulo quo ve iure preten⸗
das in me regnare. omnia inſuper
opera mea tibi conaris aſcribere ⁊ deputa
re. Deberet reuera potius humilitas dña⸗
ri. cum nihil ex me habeã preter maluꝫ. Et
ſi que bona ex liberalitate domini mei ſuſ⸗
cepi mox bona illa perdidi ⁊ abieci. ſicut
illam primã ac puram innocentiam ſeu iu
ſticiam in baptiſmo collatam ⁊ poſt reci⸗
diuum per ſacramentũ penitentie reſtitu⸗
tam/ mortaliter peccans deſerui ⁊ reppuli.
Et plerũqꝫ etiam per venialia/ fedis ⁊ ob⸗
ſcuris denigraui maculis. ita vt merito nõ
minus erubeſcerẽ ante oculos dñi mei pñ
tare. q̄ʒ maculoſos leproſi alicuiꝰ pannos/
ſanie ac putredine vulnerũ ſuorũ plenos/
quis in cõſpectu viri alicuiꝰ inſignis dere⸗
gere formidat. ¶ Quid rñdes ſuperbia?
nũquid talibꝫ panniculis gloriaberis q̄rũ⸗
cũqꝫ etiaꝫ prius mũdi ac decori extiterint?
Certe vt arbitror minime. Si manſioneꝫ
apud me facere queris ⁊ in ea demorari te
delectat propter meã pulcritudinem. ꝓpter
meas diuitias. aut ꝓpter fortitudinem. fa⸗
mã. ſapientiã ⁊ ſic de alijs. cautius proſpi⸗
ce ne fallaris. quoniã hec bona mihi nõ ni⸗
ſi ſub mutuo ꝓuenerũt. ⁊ ad bene opandũ
ad gloriã dñi mei ſunt cõceſſa. Et tu vides
qualiter his frequẽter ꝑuſus abutor ad cõ⸗
trariũ. dño meo de ſuis bonis mouens bel
lum. Unde penitꝰ erubeſcere debeo atqꝫ ex⸗
paueſcere ⁊ cõfundi. Minime ergo in me
hoc titulo mãſionẽ ſuſcipies ⁊ ꝑſertim qm̃
ſi diligenter me ꝑſpexeris/ inuenies me to⸗
taliter deformatã per culpaꝫ infirmã. inſa⸗
mẽ. atqꝫ ignorantẽ. Nõne inſup in illo hu
ius mũdi mari ꝑcelloſo ſum ꝯſtituta. in te
nebroſa obſcuritate. in fragili nauicl'a cor
poris huiꝰ mortalis. inter latrones ⁊ ꝑdo⸗
nes. aliaqꝫ diſcrimina. q̄ʒ plurima. vbi qua
libet hora dãnationis imminet periculũ?
Non eſt profecto tibi ſuperbia hic locꝰ aut
ſtatus tue manſionis. ¶ Dices forſitan q̄
ego regno et dominor ſup multos. Et q̄d
inde ſupbia? Si in carcere aliquo tenerẽ⸗
tur plures ad mortẽ ꝯdemnati/ niſi gratia

cis impēderet/ ⁊ ego etiam ꝯdemnata cū
illis/ ꝑficerer eis ad aſſiſtendū obſequēduꝫ
et confortandū. que gloria mihi foret hinc
ſumēda. ꝑcipue ſi nō in hoc/ meo legitime
fungerer officio. imo plus debito illos gra
uarē ⁊ opprimerē. coꝝ bona tollendo. aut
fame ꝑire faciendo. aut quōlibet aliter eos
vexando. fatigando aut ꝑſequendo. Scis
quia qui plus accepit/ amplius reddere rō
nem formidabit. Non igiꝰ hoc titulo pote
ris in me locū accipe. ¶ Verū ꝙd rurſus i
occulto murmuras ſupbia: Vis apud me
forſan hoſpitari/ quia te abijcio ⁊ humili
tati adquirēde ſtudeo. Nihilꝫ bonorum
que in me ſunt mihi deputo. ſed deo ſoli.
vt debeo tribuēs. hinc ei gratias ago. Mi
randa quippe res. modusꝫ plurimū alie
nus. hinc apud me/ te velle reſidere quia te
morti trado. Et ꝙ magis ſtupendū eſt. tu
um hoſtē. ſ. humilitatē/ mediuꝫ queris ad
ingreſſum regni mei. Quelibet bona opa
mea. elemoſinas orationes ieiunia patien
tiam pietatē ac cetera ſilia/ tibi ſumis auxi
lio ad ſtatuendū in me regnū tuū. hoc titu
lo ꝙ vtiꝫ tibi ex aduerſo/ merito repugna
ret/ intra me ⁊ ſup me dominiū vendicare
ꝑtendis. ¶ Nō ſic erit ꝑfecto ſupbia. Eſſet
enī beſtia nimiū monſtruoſa nimiūꝫ pro
digioſa. Quis enī aliqn̄ tale portentū exꝑ
tus. vt res aliqua/ ſua morte naſcereꝰ. ſuiꝫ
cōtrarij filia exiſteret. velut frigus ex calore
procederet ⁊ aqua ex igne gignereꝰ: ¶ Cō
ſidera diligenter ſupbia ꝙd facere ꝑtendas
Si enī non aliter ꝙꝫ ꝑ mediū humilitatis
quā in me ꝑpendis/ in me regnū tuū ꝙris.
ſcito ꝙm̄ mox vt ingreſſum feceris/ humili
tas feſtinabit ad receſſum. atꝫ ita mox dū
abierit/ tui dominij priuaberis titulo quē
in mea humilitate ſtatuiſti. Et ſic etiaꝫ de
qualibet alia virtute poſſum concludere.
vel etiam de tua morte. Non enī ſimul po
teris adeſſe mortua ⁊ viuens. Omnes eti
am alie virtutes tuū refugiunt conſortiuꝫ.
Quare (vt arbitror) euidenter ꝑpendis/ ꝙꝫ
turpiter te fallis ⁊ inuoluis. quoniā tu ſola
etiam ceteris omnibꝫ excluſis malicijs. ſuf
ficis me penitus odioſam deo reddere me
cōdemnare. meꝫ extra meā habitationem
¶ D irreuocabiliter eijcere ac ꝓpellere. ¶ Verū
quid adhuc ſemꝑ in deteriꝰ eniteris: Num
aliqn̄ deuicta succūbes: Inuincibilē pro
fecto te hoſtē experior. Quotiens enī te per
vnam portā depello/ per aliam regrederis

imo etiā ſi clauſa quelibet oſtia inueneris
per feneſtras aut ꝑuas quaſlibet rimulas
inſidioſe ſubintras. ⁊ quo te ignotā facias
tuūꝫ fallacem vultū abſcondas/ omnifa
riam tuū noſti ſimulare ac variare habitū.
Non eſt virtus/ cuiꝰ nō ſimulatorie geras
habitū ſanctum. omnesꝫ geſtus ſimules
adeo vt abſꝫ lumine grē/ monſtrante ſpū
ſancto/ diſcerni nō poſſis. Nūc ꝙdē te ſub
veſte humilitatis occultas. nunc formā ge
ris iuſticie. nunc pietatē fingis. nūc vt piū
elemoſynariuꝫ te exhibes. nunc te laudibꝫ
exteris tegis. Aliqn̄ bonus videris ꝑdica
tor. aliquādo bonus paſtor. aliqn̄ te ꝓpici
um ſimulas cōſiliariū. aliqn̄ rectorē profi
cuū. ⁊ ita de alijs ſimilibꝫ cautelis innume
ris. Et cum ꝑ hunc modū non ꝑuales. int̄
virtutes latitas. vbi tā ſubtiliter ingrede
ris vt nullatenꝰ innoteſcas/ donec feriens
interimis. aut predictas expellis virtutes.
pauperēꝫ animā ſolitariā ac deſolatā de
relinquis. O ꝙꝫ frequēter/ dū ꝑcipue deuo
tioni ac ſpūali iocunditati ſimul ac ſancte
conſolationi intereſſe putaui mox inſperate
tuā inueni ꝑn̄tiā intra me cōſtitutā. O ꝑfi
da ſupbia. nec tuū acceſſum nec ꝑn̄tiā exꝑ
ta ſuꝫ/ donec omnia tuo vento fuerūt exuf
flata. deinde magnis ſuſpirijs ac graui cō
tritione cordis reuertebaꝰ ad me lumē grē
ac ſol iuſticie/ ſub vmbra ſobrie deuotōis.
et tunc primū ſigna tui ingreſſus ꝑpende
bā. Tūc (licet tarde nimis) intelligebā ſub
qua forma te intruſeras. Nec enī ita latere
potes/ vt nō aliqꝺ ſꝑ tue malicie veſtigiuꝫ
relinquas. ¶ Tecū ꝙppe accedit/ altitudo
quedā cordis ad ardua īmoderate tendenſ
puta ad aliquā habendā viſionē inſolidā.
vel ad miraculū opandū. Vel inſurgit te
meraria quedā de ſe pſumptio. Aut immo
derata de ſuo ope aut ſtatu complacentia.
Sublimisꝫ ac tota inflammata leticia.
Vel nimiū leuis ⁊ effrons ad ſui iactantiā
aut excuſationē. ſub vmbra profectus aut
ꝓprij ſeruādi honoris. Vel etiā aliquando
ex altera pte/ duriciē quādam cordis tecuꝫ
adducis. maturitatē quādam atꝫ grauita
tem inſimulās. Eſtꝫ hmōi duricies ꝑten
ſa ⁊ dedignans. ptinaciter ſuis dictis ⁊ vo
luntatibus inherens ad iraſcendum ⁊ ſub
vmbra correctionis/ omnia tremere ⁊ lace
rari facit. ¶ At his contraria penitus ad
ueniunt. vbi tu ſuperbia fueris miſſa fo
ris. Ibi ſiquidem adeſt humilis demiſſa

ac temperata leticia. nulla leuitas. nulla ia/
ctancia. nulla ſui excuſatio. Ibi adeſt ma/
turitas ⁊ grauitas. ſine ira. ſine amaritudi/
ne. ſine vindicta. imo cuꝫ omni dulcedine
et mãſuetudine cordis. Tũc eſt anima pa/
tiens ⁊ benigna. tũc vituperia ⁊ laudes hu/
manas ꝯtemnit. ⁊ ꝓ ſolius dei dñi ſui bene/
placito circa ſe ⁊ alios operari ſtudet. De
reliquo nulla ſibi cura eſt. immo quod am/
plius eſt ſe vilem videri volet nõ honora/
bilem quãtuꝫ eſt propter ſe. quoniã ſeipſaꝫ
cognoſcens ⁊ iudicãs ad intra opprobrio
dignam. non vtiqꝫ ſe pluris eſtimandã vo/
let exterius in alienis laudibꝫ/ q̄ꝫ ſe interiꝰ
dignam arbitratur. Quinimo/ exemplo ie/
ſu xp̄i et ſi omni honore digna extiterit ta/
lemqꝫ ſe interiori noticia vere dijudicet. ꝓ/
prio tamen inſtinctu ⁊ affectu humilis et
abiecta videri deſiderabit.

## 3 Meditatio altitudi/nis iudiciorum dei ſuper filios hominuꝫ: prouocans ad humiliationem ſui ⁊ alios non iudicandi.

O Altitudo incõpabilis ac abyſſus
profundiſſima iudiciorum dei. in
omnibꝫ precipue autẽ erga homi/
nes. Quis illa ſcire poterit aut inueſtiga/
re? Cum eni miſereri voluerit/ nihil eſt eo
clementius. Cum vero iuſticiam tribuere
nihil eo terribilius. Si eni milleſies in
die homo illũ prouocauerit ⁊ milleſies ad
ip̄m reuerſus/ ſupplex veniã ⁊ gratiã petie/
rit/ mox impetrat qđ petit. Ecce velut quã/
dam ſtultã miſericordiã ac ludũ puerilem.
Rurſus ſi in ſolo mortali deceſſerit homo
irreuocabiliter mittit̃ in ignẽ eternũ. cũ ta/
men ſit dei filius ⁊ plaſma eius ꝑ creatio/
nem. Ecce velut furorẽ quẽdaꝫ ac horrorẽ
intolerabilẽ. De q̄ꝫplurimis nẽpe legi/
mus qui pene vſqꝫ ad mortẽ a peccatis im/
munes ſeruati ſunt/ et poſtmodũ ad mala
op̄a declinãtes morte ꝓuenti ſunt ⁊ dãnati.
At contra fuerunt alij/ qui ſemꝑ malã vitã
ſectati tandẽ nihilominꝰ quaſi in momẽto
cõuerſi ſunt ad dñm ⁊ citꝰ martyres facti.
gloriã eternã ſunt adepti. Cõſideremꝰ q̄ꝫ i
paſſione dñi nr̃i/ cũ eius ꝑdilectꝰ diſcipulꝰ
eũ negauit. latro cõfeſſus eſt. Quis q̄ſo id
antea ꝑcogitaſſet? Mirũ q̄ppe valde eſt
ſi ꝑſona q̄ntũcũqꝫ bone vite ꝯſcia/ ſub ma/
nu potenti dei ſe nõ humiliet. ſi alium quẽ/
piam q̄ntũlibet peccatorẽ iudicare preſu/
mat. q̃m ſcire non poteſt q̄ ſint circa ſe aut
alios dei iudicia. ignorat quid in ſua cã la/
teat. Sumꝰ quippe oẽs in carcere ꝯdẽna/
tionis ⁊ mortis vñ nemo eripi põt niſi ex
ſingulari ⁊ mera dei gr̃a. quã vt ⁊ vbi vult
diſtribuit. Neminẽ ergo licet ꝯtẽnere/ ſi ad
pñs hmõi gr̃aꝫ nõ habeat. q̃m in momẽto
illam habere poterit. Nec vice verſa hinc
ſe aliquis extollat in ſublime ſi a deo gr̃am
hanc acceperit. quoniã non eſt hec heredi/
tas ſua. imo ſic agendo/ mox eam ꝑdit. ve/
lut vſurpator ac raptor glorie domini dei
ſui. O quãdo veniet tempus illud ⁊ locus
vbi cum ſecuritate hanc gratiã poſſidebi/
mus. et hec ip̄a in gloriam cõuertet. Vere
beati ſunt qui ibi ſunt.

## Meditatio anime k

ſuper duobus ſtatibus a quibꝫ ſe inuenit. iam in deuotione. iã abſqꝫ deuotione. In/ſuper ſigna noticie ipſius.

P Lorate oculi mei plorate ⁊ plangi/
te duriſſimã illam ſeparationeꝫ ac
diſiunctionẽ amariſſimã dei mei ⁊
patris. qui in ira ⁊ furore elongauit ſe a me
abducens ſecũ bonã illã meã nutricẽ gra/
tiam. meqꝫ prorſus derelinquens deſolatã
dolore ac tremore plenã/ tedio ⁊ anguſtia
vndiqꝫ circũdatã. ſedeoqꝫ tenebris inuolu/
ta. ⁊ lumen celi nõ video. Ve tibi ſuperbia
que mihi hoc damnũ intuliſti. quoniã ſi il/
la ſimplex humilitas apud me remanſiſſet
deus qui i cordibꝫ humiliũ requieſcit ip̄is
qꝫ dat gratiam/ minime ita ſuam a me ſub/
traxiſſet gratiam. Nunc omnes mei amici
angeli ſancti elongauerũt ſe a me. ⁊ ponũt
me abominationẽ ſibi. Nunc omnes ini/
mici mei vehementi cũ conatu appropin/
quant ⁊ exclamant aduerſuꝫ me. Euge eu/
ge ꝑſequamur hanc miſerã quoniã deꝰ eã
dereliquit. non eſt qui poſſit eam de mani/
bus noſtris eruere. Illã itaqꝫ ad dãnatio/
nem quã meruit impellamus.

O Domine o celeſtis pater: audi voceꝫ
aduerſariorũ meorum. ne recedas ne
elongeris a me. intende in adiutoriũ meuꝫ
et ad adiuuandũ me feſtina. Exurge ⁊ diſ/
ſipa inimicos tuos tanq̄ꝫ fumum. alias ci/
illa imminet hora in qua pauper ego tua
creatura. tua orphana. tua indigna ancil/
la. tua infidelis ſponſa irremediabiliter ꝑi/
bo. quoniã preter te nõ eſt alius q̄ me hinc
valet eripe.

REuertere dñe reuertere. qm̄ a tuo recessu/sentio cor durū. ⁊ admodū prauū plenū acedia fastidio ac mala tristicia. Arida sum nulliusq; deuotionis. in nullo iam (vt consueui) bono condelector. nec lectio nec cantus nec oratio nec ꝯtemplatio placent. ꝑdicationes ac sancte quelibꝫ ammonitiones/mihi sunt fastidio. Euanuit a me gustus oīs ac sapor cibi cuiuslibet spūalis. grauis suꝫ atq; onerosa nimis mihiipi. Languide oīa operor. solitudo atq; silentiū/mihi sunt horrori. Et qđ deterius est/nec istā meā valeo deflere miseriam. nec ab ea me ꝑ ꝯdignā pñiaꝫ ac displicētiam eripere. quīmo in dies volo meas prosequi vanas ac mundanas consolationes. Leuitas mihi oīs grata est. Quero māducare bibere ac fabulari ad deducendum tempus. illosq; felices iudico/qui ita in hoc mundo viuūt in subiecta imo stulta libertate. ¶ O qualis mutatio. heu in quē statum prolapsa sum. De celo profecto cecidi ad inferos. de vita spūali ad carnalē. de veritate in vanitatē. de securitate ⁊ tranquillitate ꝯscientie in cōturbationē. de timore in stuporē cōfusionē atq; infelicitatē horribilē. ¶ Et certe ita mihi optimo iure cōtigit idq; plane demerui. quia cū ex me nihil essem/ meipam nihilominus glorificaui ⁊ de me ⁊ in me confisa sum/extollēs me aduersus deum meū. illi suam surripiens gloriam. Insuper ⁊ de suis donis laudari volui atq; honorari/ iactanter mihi illa ascribens tanq; propria ⁊ quod deterius est ceteros cōtempsi minoraui ⁊ temerarie iudicaui. ¶ Scio igitur quid faciā. illā mihi recuperabo humilitatē que me vtiq; patri meo recōciliabit. eūq; placatū ad me reducet. O gloriosa ⁊ beata pax. iam omnia bene successerūt. est hec mutatio dextre excelsi. Cōmouet quippe cor meū ⁊ exultat ad pñtiam dei mei ac gratie. Euellūtur atq; explantant ille inutiles viciorū plante. Inserunt virtutū rami ⁊ plurimū conualescunt. nunc in claro lumine/ meos defectus/mea peccata/meā fragilitatē experior nunc denuo honorē spūaliū gustū ac saporem discerno. Sicut itaq; illucescente die in solis ortu mox abscedunt tenebre. auicule suos repetunt cantus. renouātur oīa et ad colorē vigorē ac decorē suū reuertuntur. ita plane est mihi dum sol iusticie orit in corde meo.

## ¶ Meditatio anime ¶ L

sentientis se ad deuotionē ꝯmoueri ⁊ subitā dei visitationē denuo ꝑcipientis.

Quis est hic qui pulsat ad ostiū meum. quid vult. quid postulat. Est profecto deus meus. dñs meꝰ ⁊ pr̄ meus. O dñe. optīe veneris. Tibi supplico vt si mea vrgēte infirmitate ac debilitate peccati pigritor nimis aut tardo tibi aperire tuo iure tua auctoritate ostiū effringas. Regijs vt tibi licet vtere clauibꝰ.

Abite extra meū hospicium abite. vniuersa meo magno patri ingrata. que apud me vult hospitari. Fugite hinc. fugite absq; mora. Fuge tu dedignans supbia. inflata iactantia. ficta ⁊ palpans hypocrisis. ira furiosa. despectuosa vindicatio. venenosum odium. infelix ac liuida inuidia ⁊ anxia tristicia. acedia stulta. auaricia cupida questuaria. fetida luxuria. gula immunda. cū tota viciositatis ꝑuersa familia ignobilis ac stulte ociositatis.

Eiciatur hinc omnis spurcicia flagello pñie. spargat vndiq; cuꝫ suis floribus grata ⁊ viridis herba virtutū. Ponatur mensa sobrietatis. sternatur castitatis lectus. Ingredere pater dulcissime. ingredere hospitiū pusille tue atq; humilis ancille paupis adolescētule tue. suscipe gratāter que apud illaꝫ inueneris. simul in cena nostra discūbamꝰ. Ne queso respexeris ad meā paupertatē. scio quidē q² nullius horū eges que apud me sunt. Apud te sunt oīa. sufficit tibi bonus affectus. Verū dulcissime pater/hoc est qđ a te ꝑcipue ꝯsequi desidero. vt mea tibi placeat volūtas. quodq; ex tua clemētia de tuis supabūdantibꝰ diuitijs ad meā subleuandā ac sustentandaꝫ paupertatē vel paꝝ aliquid impertiri digneris. vt hinc sustentata/fame sitive male nō peream in carcere huiꝰ corporis in quo ad presens inclusa sum.

REuertere dñe. reuertere ad hospitiuꝫ tuū humilis ancille. ¶ M Breuem nimiuꝫ ibi traxisti morā. Heu q̄ dura huiꝰ hospitis recessio. Formidabā vtiq; aliquid ī me esse. qđ oculos tue maiestatis offenderet. Heu me miserā. que non aliā adhibeo diligentiam/ad talem cōseruandā hospitem a quo mihi prouenire pñt oīa bona/voluptates atq; diuitie. Quid itaq; ad pñs faciam. Quo medio illū a me sic elongatū

ad me reuocabo? Mādabo omnibꝫ que ĩ/
tra me ſunt vt illū vtiqꝫ inceſſanter reqͥrāt.
donec inuētus reuertatur. Exurgite fides
ſpes ⁊ caritas. expgiſcimini ⁊ vos ad cur/
ſum lūbos accingite. diligēter querētes
patrē meū donec illum inueneritis atqꝫ ad
hoſpitiū meū reduxeritis.

## ¶ Oratio nūcius ani me mittitur.

D Iſcurre tu oratio/ꝑ magnā celeſtē
ciuitatē/ꝑ vicos ⁊ plateas ac ꝑ do
mos ſingulas: ita vt nullū ſancto/
rum ꝑtereas quē tu nō cū fletu ⁊ gemitu re
quiras/ ad eoꝝ pedes procūbēs/ nec hinc
diſcedas donec inſimul oēs/ vel eoꝝ aliq̇/
glorioſi patris mei tibi demonſtrauerint
manſionē. teqꝫ ad deū deduxerint ac eiꝰ pū
tauerint cōſpectibꝫ. Illos exora vt illū mi/
hi placatū faciant mihiqꝫ de multis meis
exorbitantijs impetrent veniā. atqꝫ ita ſue
gratie reſtituar. qꝫ rurſus declinare digne/
tur ad hoc ſuū humile hoſpitiū. qđ tam ci/
to deſeruit. mea fateor indignitate exigēte.
Verū ſua magna benignitas atqꝫ clemen
tia ꝑte ex vna. ſuorūqꝫ ſanctoꝝ dep̄catio ꝑ
te ex altera. ⁊ rurſus mee puitatis paupta/
tis impotētie atqꝫ inſtabilitatis ꝯſideratō
ad reditū poterunt eū inclinare.

¶ R Q Uid dicis oratio? que noua refers?
Multū nimis demiſſa eſt ac verecū/
da facies tua. O ſcio quis tibi hoc fecerit.
rigoroſa videlicet illa iuſticia/que ſe cōtra
te ⁊ me/ingerit vehementer allegans me nō
eſſe audiendā. imo ꝙ ex nunc indigna ſim
filia dei nominari. cum iam/mea ignauia/
meam ingenuitatē. meā diuinā naſcentiā.
meāqꝫ celſitudinē penitus amiſerim ⁊ hoc
in meo certe hoſpitio deformē illū ac hor/
rendū hoſpitem. ſ. peccatum admittendo.
Quod vtiqꝫ omnē que ipm̄ ſuſcipit corrū
pit animā. fedāqꝫ atqꝫ deteſtabilē reddit.
ac inimici ſalutis cōſtituit filiā. ¶ O iuſti
cia quis te aduerſum me ⁊ aduerſus meā
orationē procuratricē cōſtituit? Non ego
certe te ad hoc aduocaui. Scio eni qꝛ co/
ram te ſubſiſtere nō poſſem. Illi potiꝰ mie
clementi curie me ſubmiſi. illāqꝫ meā con/
ſtitui aduocatā. imo ſuo penitus iudicio
ſtare volo. Quis ⁊ te etiam iuſticiā mihi de
cet eſſe ꝓpiciā ⁊ amicā. Cur ita? quoniā te/
cū ſum vnius ſentētie. Tu quidē odio ha/
bes peccatū ⁊ ego nūc illud odi. Tu illō ꝑ/
ſequeris. hoc idē facio de illo penitentiam
agens puniēs ⁊ vehemēter dolēs qꝛ illud
vnqꝫ admiſerim. aut ei tribuerim fidē. Ita
quippe agēs/tuū o iuſticia exerceo officiū
de meipſa iudiciū ſumēs. Tu itaqꝫ etiam
pro me intercedes. ¶ Sed forſitan mihi
dices. ꝙ longe citra cōdignū in hac ꝑte de
me ſumo iudiciū. non condigne vt merui
mea vindicans peccata. Proh dolor iuſti
cia/fateor ita eē vt aſſeris. ſed hoc venit cō
donandū. qm̄ non ſubeſt hoc viribꝫ meis.
Neceſſitas aūt legem nō habet. infirmitas
quidē mea paupertas atqꝫ imbecillitas/ nō
me ſinunt ad cōdignū vel etiā ad votū ex/
pugnare ac ꝓſequi peccata cū ſua familia.
Sed ab inope/vel parua ſolutio ſibi poſ/
ſibilis acceptanda eſt. ⁊ ab operario debi/
li/labor remiſſus nō ſpernēdus. Sis itaqꝫ
iuſticia de mea poſſibilitate ꝯtenta. qđ
reliquū eſt tua potēti virtute ſupplebis.

C Onſidera igitur. ſi tui ſit officij tue/
qꝫ conſuetudinis vltra vires expoſce
re. Cū aūt mihi maior aderit incolumitas
ac potentia diuine gratie virtutūqꝫ fortiꝰ
robur. tunc ⁊ potentius cū peccato congre
diar eiqꝫ viribꝫ aduerſabor. ¶ Dico inſu/
per ꝙ benedictus filius dei pro me debitū
ſufficienter imo ſupabundāter ſoluit. quā/
tūlibet etiam antea offenderim. ſaluo ꝙ ei
me legitime ſubijciā. ⁊ ſue ſim aſcripta fa/
milie. Nullo aūt iure/duplex de offenſa exi
gitur emenda. nam ⁊ deus nō punit bis in
id ipm̄. Quicquid igitur mia filij dei circa
me facere diſpoſuerit/minime tu poteris cō/
tradicere. ¶ Ceterū iuſticia te interrogo. ſi
non ad inſtantiā ſanctoꝝ qui apud te hoc
meruerūt tenearis aliquid annuere? profe/
cto ſic. Quē eni honorē illis impēderes. ſi
eos te pro peccatoribꝫ dep̄cantes velut ali/
os quoſlibet quibꝫ nunqꝫ fuiſti honoriva
cuos repelleres? ¶ Vade igitur orō mea ⁊
reuertere cōfidenter ad celeſtē ciuitatē. illic
qꝫ ſanctos illos ſolicites vt tibi ⁊ mihi/iu
ſticiā pacatā reddāt. vt ⁊ illa ſimul cū mia
mihi pacē impetrēt ad dn̄m deū meū ⁊ pa
trem meū atqꝫ ita ad domū meā vnde exiit
denuo reuertatur. ¶ O vtinā horā illam
ꝓſcire poſſem. qua dignabit̄ dn̄s meus ad
me declinare. Cur non aliquē nūcioꝝ ſuo
rum premittit. vt legitime parata/ poſſem
illum decenter id eſt deuote ac ſancte ſuſci
pere? ¶ Aliquotiens enim adeo latenter
aduenit pulſans ad oſtium. vt alibi me

diſtractā inueniēs/ mox anteq̄ʒ valeā ei oc
currere ⁊ decenter recipe/ diſcedat. ¶ Sed
quid loquor. tā incōſulte/ quid tā temera-
rie tam q̄ʒ p̄ſumptuoſe peto. vt talis ac tan
tus dñs ſuos mihi p̄mittat nūcios? Abſit
Mihi poti⁹ incūbit ſemp̄ ei⁹ aduētū explo
rare. nihilq̄ʒ aliō meditari. nihil aliud op̄a
ri. q̄ʒ aduentū ei⁹ p̄ſtolari. moxq̄ʒ ad oſtium
pulſanti ap̄ire. ip̄mq̄ʒ reuerenter ſuſcipere.
Non igit̄ cū curis hui⁹ ſeculi/ mea ampli⁹
tenebunt̄ colloquia. ſed ſedebo ſolitaria in
pace ⁊ ſilentio. diligenterq̄ʒ obſeruabo: ne
aliud meū ſubintret hoſpiciū qō tanti ho-
ſpitis oc'los poſſit offendere. q̄nimo ⁊ ego
ip̄a vadā in occurſum ſui iocūdi aduētus.

¶ D

## Meditatio anime

apud diuinā trinitatē ad ſpēale robur ob-
tinendū in virtutib⁹ ⁊ in ſancta vita.

a Ttende aīa mea que tam infirma
es atq̄ʒ inſtabilis. attende verba p̄
p̄hete Uerbo inquit dñi celi firma
ti ſunt. ⁊ ſpiritu oris eius omnis virt⁹ eoꝝ.
Facilius longe eſt tibi a deo ꝯferri fortitu
dinem ⁊ p̄ſeuerantiā in bonis op̄ib⁹/ q̄ʒ ce-
lis firmitatē ꝯſtari. Si igitur p̄ſtitit tibi
deus in hac glorioſa ſolēnitate beatiſſime
trinitatis/ vt p̄ potentiā patris in ſapiētia
filij ⁊ p̄pter bonitatem ⁊ dulcedinē ſpūſſan
cti/ robur habeas/ ꝯſtantiā ac p̄ſeuerantiā
in bonis op̄ib⁹. teip̄am oēsq̄ʒ vires tuas fi
ge in dño deo/ trinitate ſancta. illiq̄ʒ ſic in-
hereas. vt in ſola eius potentia tua ſit fidu
cia. nec extra ip̄m ſapientiā queras finalit̄
aut voluptatē. Ita quippe tuā ꝯſeruabis
pulcritudinē qua facta es ad imaginē ⁊ ſi-
militudinem illius ſanctiſſime trinitatis
ſ̄m memoriā intelligentiā ⁊ volūtatē. Sʒ
heu frequenter illā defedo ⁊ obſcuro/ eam
luto peccatoꝝ inuoluēs ac demergens. de
morāsq̄ʒ in terrenis occupationib⁹ ac vo-
luptatib⁹ immūdis. Nihilominus ad ip̄m
reuertere/ ⁊ ip̄e te mūdabit teq̄ʒ liberabit et
tue pulcritudini te reſtituet. quaʒ inſup̄ in
te firmabit ⁊ ſtabiliet ſi tātūmodo illi iūgi
volueris ac velut tue ſumme voluptati in-
herere: ip̄ſuʒ potenter amando abſq̄ʒ fine:
ſapienter abſq̄ʒ errore. ſuauiter abſq̄ʒ ama-
ritudine. Eritq̄ʒ tua ſpes in ſua inuicta po
tentia. tua fides in ſua limpida ſapientia.
tua caritas in ſua voluntate dulciſſima.
Hoc profecto potius facies q̄ʒ in creatura
in qua nō niſi vmbra eſt ⁊ vanitas poten-
tie. quapropter nimirū in vmbrā atq̄ʒ va-
nitatē defluis. cū creature finaliter inheres

## Anima chriſti ſponſa ſe humiliter accuſat. atq̄ʒ ſuo ſponſo totaliter ſe cōmendat. petens veniam de offenſis. gratiam ſuam in preſenti ⁊ gloriam in futuro ¶ P

al's ſic.

¶ Lachrymabilis querela ac deuota oratio
creature/ de ſtatu peccati ad dominum re-
uerti cupientis.

o O Ieſu. virginitatis ſponſe. ieſu/ ca-
ſtitatis fidelis amice. ieſu mea ſpes
finalis. mea ſalus. meum ſingula-
re refugiū. nunc ad te reuerti deſiderat ani
ma mea pauper inops ⁊ miſera. que totiēs
per temerariā rebellionē atq̄ʒ inertiaʒ deſi-
dioſam id facere ꝯtempſit ⁊ recuſauit. que
anulū grāe quo illā ſpūaliter deſpōſaueras
negligēter amiſit. ſuſcepitq̄ʒ anulū peccati
ſe tradēs ſpōſam ſuaʒ ⁊ ſubiectā tuo antiq̄
hoſti. Heu q̄ʒ p̄iculoſuʒ ꝯnubium. heu q̄ʒ
ſtulta ⁊ miſera ꝯmutatō ei⁹ qui pulcerrim⁹
potentiſſim⁹ ⁊ opulentiſſim⁹ eſt/ ad illū de-
formiſſimū miſerrimū egentiſſimū. ¶ Dic
mihi o aīa q̄s tibi hoc fecerit. Rūde mihi/
cui⁹ conſilio freta es. q̄ ſic tuū ſup̄mū dñm
tuū glorioſum p̄ceptorē/ paruʒ honoraſti.
Sic tuū creatorē/ tuū ſaluatorē/ a quo ti-
bi eſt omne bonū/ oblita es? Sic tuo vero
ſponſo/ tuo fideli amico/ videnti ⁊ ꝯſiderā
ti/ fidē violaſti. ¶ Is quidē p̄mū tibi cor
ſuū impēderat ſuāq̄ʒ ad te tātā oñderat di-
lectionē/ vt etiā p̄ te mortē acerbiſſimā pa-
ti dignatus ſit ⁊ tu illi cor tuū ⁊ amorē pe-
nitus ſurripuiſti. imo qō graui⁹ eſt/ velut
p̄fida ⁊ infideliſſima ſponſa/ ſue p̄prie habi
tationis portas p̄cluſiſti. quas nihilomi-
nus illis ſuis miſeris ac nefarijs hoſtibus
ſinis eſſe patentes qui te p̄dere querunt et
eterne morti tradere. ¶ Quid queſo arbi-
traris o anima. Putas ne a pena īmunis
euadere? Manebit ne tanta iniuria/ tā q̄ʒ
grandis offenſa/ tandē penit⁹ inulta? O p̄
fide totius humane creature hoſtis. iā ani
ma mea/ tua ſeductione p̄dita eſt infelix ac
proſtrata. quoniā ſicut carnifex/ viridi ra-
mo ac modica herba ducit ad mortē agnel
lam petulantē ⁊ ſaltantem/ future ſue occi-
ſionis neſciam: ita meam fatuellā animaʒ
duxiſti/ momentaneam aliquam huius
mundi vanitatem ſibi demonſtrans. quā
ſic tractam/ tuis vinxiſti vinculis eam q̄ʒ

excecaſti. ⁊ poſtmodũ plurimis criminum
mortaliũ lanceis ad mortẽ vulneraſti. de-
mũq; ſuper eam impoſuiſti grauẽ illũ ma-
le cõſuetudinis lapidẽ. Inſup ⁊ frigidam
illam duram atq; horribilẽ obdurationis
cordis tũbam qua reſurgere prohibet. q̃n-
imo continue magis preſſa iacet terrenis
affectionibꝫ obuoluta ⁊ in fimo ac ſtercore
criminoſe delectationis incluſa putreſcit.
ita vt vſq; ad finez maneat fetida ⁊ abomi
nabilis deo ⁊ ſanctis eius. Heu me miſerã
creaturaz. heu me ſi hac in diſpoſitione re-
linquor vſq; ad finem. Quid nempe factu
ra ſum in tali ſtatu moriens. quo profectu
ra? ¶ Contremiſco iſta cõmemorans. ex-
horreſco vehementer tãmodo hec recogi-
tans. Perpetuis certe ſic moriens ardori-
bus ſtridoribꝫ ⁊ fletibꝫ mãciparer ⁊ pre ra-
bie tormentoꝝ deum blaſphemarẽ nullaz
ab ipſo conſolationẽ ꝑcipiens. Tunc eui-
denter ꝑpenderẽ ſed ſero nimis/ quali pre-
ceptori paruiſſem. ⁊ cum quãto detrimẽto
deſerto deo/ diaboli mũdi ⁊ carnis oblecta
menta ſuſcipiunt. ¶ Preſerua me dñe de-
us ab his horrẽdis tormẽtis/ ab hac mor-
te tam crudeli me ꝓtege. ¶ Aduoco te ani-
ma olim a deo formata. anima ſuo ꝑcioſo
ſanguine redẽpta. anima plurimis donis
ſup ceteras creaturas nobiliſſime decora-
ta. a tot ⁊ tantis periculis totiens ꝓter tua
merita preſeruata. Te aduoco inq̃m. audi
me. Tuos nunc paululũ aperias oculos.
et intuere vbi iaces. Conſidera vbi tu es.
q̃ꝫ ꝓpinqua ſis inferis. q̃ꝫ a celis elongata.
Cogita quẽ deſeris. quez deſpicis. cui ſur-
¶ D dam aurem prebes. ¶ Et tu dulciſſime ie
ſu animarũ medice clemẽtiſſime/ fons om
nis dulcedinis. ſi humana miſeria te vale
at ad miſericordiã inclinare. reſpice oculis
pietatis ac cõpaſſionis ad hanc animã mi
ſerabilẽ. Nunc exurgit. nunc expgiſcitur ⁊
cum ſuam nuditatẽ ⁊ ſtatum miſerabilem
aduertit/ magnam hinc concipit diſplicen
tiam confuſionẽ ⁊ abominationẽ ⁊ de ſua
tam diutina ſtulticia/ admodũ admiratur
et dolet. tanq̃ꝫ miſera peccatrix que ampli-
us indigna eſt tua vocari ſponſa/ tua ami-
ca/ demiſſo vultu flebili/ facie ad te ſuſpi-
rat erubeſcens nec loqui preſumẽs ¶ Dul
ciſſime ieſu hanc clementer proſpice. bra-
chia ⁊ manus ad te extendit. vt te trahente
de profundo lacu peccati et de ſtercore in
quo tam diu proſtrata iacuit/ erecta proſi-
liat. Tu qui ſolus es ſaluator. propterea ⁊
ei manũ porrigens/ eam ſubleua eãq; pire
ne ꝑmittas. Tot vides peccatores q̃ te mi
nime deprecant. imo te ꝑſequũtur. ¶ Con
uertere igitur ⁊ iuſtifica tuã hanc pauperẽ
animã tuam ancillã humilẽ/ tuam puſillã
pediſſequã. quã aliquãdo prius dilexiſti ſi
cut ⁊ ipſa te dilexit. que nunc in magnis ſu
ſpirijs ⁊ in amaritudine cordis te depreca
tur. Poſſes ne hanc non exaudire. poſſes
ne eam non ſuſcipere? Profecto minime.
imo magnã hinc ſpem cõcipio. ꝙ tuam in
me expior gratiaz in qua nũc adeſt mihi h
voluntas ad te reuertendi. ꝙ tibi ſũmo me
dico/ doloroſa illa vulnera anime mee te i-
ſpirante detego ac demonſtro. ¶ Olim ſi-
quidem ꝑ os tui ꝓphe ꝓmiſiſti ꝙ in quacũ
q; hora ingemuerit peccator ⁊ penitentiaz
egerit/ ab omnibꝫ peccatis ſuis que opatꝰ
eſt. omniũ iniquitatũ eius nõ recordaberis
Et reuera paucos habuiſſes iuſtos. niſi
peccatores miſericorditer recepiſſes. ¶ Iõ
q; ſaluator ieſu xpe. aduocate et mediator
noſter/ ſimul imperator ⁊ frater qui ſolꝰ no
ſti meam miſeriã ac fragilitatẽ. ſi vera ſunt
que video audio ⁊ credo de tua dulcedine
pietate ⁊ miſcđia/ ⁊ vtiq; vera ſunt. ideo te
finaliter deprecor. vt meas omnes deleas
iniquitates/ ſincerã ⁊ mundã contritionẽ
tribuens ⁊ integrã penitentiã. ¶ Fac vt ꝑ
bonã patientiã/ omnes tribulationes ad-
uerſitates ⁊ labores quos dietim ſuſtineo
ad purgationẽ deſeruiant. ⁊ ad pene quaz
mea peccata demeruerunt remiſſionem vt
ſic in hoc mundo meum ſit purgatorium.
Fac itaq; meam huius mortalis mundi ꝑ
egrinationem tibi acceptam. Tribue mi-
hi baculum firme fidei. ſtolam caritatis. et
ſcalam ſancte ſpei. Confunde per tuaz po
tentiam quicquid mihi impedimento eſſe
poteſt. ita vt in via/ nulla me retineat delec
tatio. nulla me confundat aduerſitas.
¶ Genera in me cor humile pium clemẽs
erga proximum. ſine rixa. ſine inuidia. ſi-
ne indignatione. ſine ſuperbia. ſine omni-
um detractione. Tuo amore inflãma cor
meum. Vulnera illud ſagittis potentiſſi-
mis. tue pulcritudinis. tui dulciſſimi con-
ſpectus. tui gratiſſimi geſtus. tui pulcerri-
mi apparatus. tue ſpeciei dulciſſime. Fac
vt te ſemper meditetur/ letanter de te ſer-
monem audiat. ad te ſuſpiret. ad te inge-
miſcat. tibi cõplaceat. totam intelligentiã.

totam mentē. totā curam. ad hoc impen-
dat. vt digne tibi ſeruiat. qm̄ non eſt ali⁹
amator qui ſic vt tu vices rependat. ¶ In-
ſup da mihi dn̄e cor liberū. cor ſublime ꝛ
inclitū quo deteſter fugiā ꝛ ſpernā / vile lu-
tum mūdane cuiuſlibet voluptatis. quo
quālibet contēnam creaturā. que honori
meo. ac pmotioni ſalutari nō venit adiu-
mēto / quo te in te diligā. alios āt oēs in te
ꝛ ꝓpter te. ¶ Demū tu q̄ es mea ſpes final'
mea ſola ſalus. meūqꝫ refugiū ſingulare /
ſubleua me. doce me. ſuſtie me. dirige me.
ita vt in illa hora tremēda mortis. me⁹ ſis
ꝓtector potēsqꝫ defenſor. ſpūs mei. aduer-
ſus illos canes infernales. ita vt in pace ꝛ
benignitate illū recipias in glā in q̄ te fa-
cie ad faciē ſummo cū gaudio videre vale-
am. ac ꝑenniter adorare. amare ac lauda-
re. Amen. ¶ Explicit.

¶ R

# ¶ Epiſtola eiuſdē ad

ſorores ſuas docēs de quo q̄s ꝑ ſingulos
dies cogitare debeat.

Sororibꝫ meis in xp̄o ieſu cariſſi-
mis ꝛ dilectiſſimis ſalutē atqꝫ in
ipſius deuoto ſeruitio iugiter ꝑmanere.
Non facile exprimi poſſet gaudiū atqꝫ cō-
ſolatio ex bonis nouitatibꝫ frequētius de
vobis ꝑceptis proueniēs. Utinā idipm
nunq̄ꝫ inimicoꝝ temtatōe aut alr̄ quouis
modo / gaudiū in triſticiā vertat. contrari-
um videlꝫ de veſtra dilectōe audiēdo ¶
Quāq̄ꝫ amātiſſime ſorores oī tēpe ad dei
obſequm exercitandū ꝛ informandū. lrās
librosqꝫ ſufficiēter habueritis. ad hn̄duꝫ
conſolatōes ſpūales ꝛ adhuc hēbitis ali-
os in poſterū. Nihilomin⁹ noctis vni⁹ vi-
giliā arripiēs / q̄uis pluribꝫ implicat⁹ ne-
gocijs / ad pn̄s ſcribere curaui breuiter ac
ſimplr̄ ꝑegrinatōnis ꝓceſſum. a me poſt
modicū tp̄is factū. ſpeciales etiā req̄ſtas a
me fieri ſolitas. ſm̄ ſeptē dieꝝ hebdoma-
de numeꝝ. ſm̄ ſeptē ſanctiſpūs dona. ſm̄
etiā ſeptē dn̄ice orōis petitiōes. cōtra pec-
cata ſeptē criminalia. corn̄dētes ſeptem
beatitudibꝫ. ¶ Inſup ſm̄ ſeptē ſtat⁹ in ce-
leſti ꝑadiſo conſiſtentiū ¶ Mō vero trāſ-
mitto ſcriptum ꝑ pn̄ti nō eſt niſi breue ac
ſimplex auiſamētū ad cogſcēdū notatiꝫ ac
ſpeciali⁹ de quo quis per dies ſinglos co-
gitare debeat. Bone enī cogitatōes inſu-
ꝑuenture ſpūſſancti ſpiramine repte pari-
ter ſtudio lectōes ſancteqꝫ meditationes.

Huiuſmōi enī / nō poſſem neqꝫ ſcirē om-
nes in ſcriptū redigere nec op⁹ eſt. ¶ Pri-
mo igit̄ cum preces veſtras humillime ac
reuerēter corā diuina maieſtate funditis
aut ſanctorū ſuorū. inuocet vna cū oratō-
ne veſtra / cuſtos veſter angelus videlꝫ bo-
nus. necnō ſancti aut ſancte illi⁹ ſuffragi-
um imploret / cuius ꝑ tunc ſolēnitas agit̄
Ea de cauſa vt. ſ. veſter nūci⁹ puta veſtra
oratio / ſaluū habeat cōductū bonāqꝫ ſoci-
etatē. ¶ Die quippe dn̄ico ad benedictā
atqꝫ indiuiduā trinitatē ſolitus ſum meā
dirigere precē vnicuiqꝫ ꝑſonaꝝ appropa-
ta diligētius meditādo. De patris videlꝫ
potentia. filij ſapiētia. ſpūs quoqꝫ ſancti
bonitate conſiderās magnā dei celſitudi-
nē admirabilēqꝫ diſpoſitōnem ſup filios
hoim ¶ Die autē lune. ſ. ſcd̄a feria. meam
ordino proceſſionē ad ſanctos angelicos
ſpūs. beneficia ab eiſdem nobis exhibita
omī tempe recognoſcēs ¶ Die vero mar-
tis. ſcꝫ tertia feria ad ꝓphetas patriarchas
apl̄os ceterosqꝫ diſcipulos dn̄i ꝛ euange-
liſtas. ¶ Die mercurij. ſ. q̄rta feria ad bea-
tos athletas. ſ. martires xp̄i. ipſorū in ſua
pugna fortitudinē atqꝫ conſtantiā admi-
rando ¶ Die iouis ſcꝫ feria q̄nta / ad ſan-
ctos ꝯfeſſores heremitas ꝛ religioſos ¶
Die veneris ſcꝫ feria ſexta ad paſſionem
amarā dn̄i noſtri ieſu xp̄i. ad ſuaqꝫ verba
ac facta. iſto benedicto die ab eodem ꝑ-
acta. ¶ Die inſup ſabbati ad beatā Ma-
riam virginē ſpecialius meipm cōuerto ꝛ ¶ S
ad electas xp̄i ſpōſas ¶ Porro pria die. ſ.
dominico īmoror diutius. donum ſancti
ſpūs primū / ſuppliciter efflagitando. do-
nū ſcꝫ ſancti timoris dei. Et beatitudineꝫ
humilitatis ꝛ ſpūalis paupratis Ad expel-
lendum ſupbie vitiū cū filiab⁹ ſeu ramis
eius. Et dico pariter dn̄e deus pater om-
nipotens. libera me a malo. que clauſula
eſt petitio prima in dn̄ica oratōne contē-
ta ꝛ hoc ordine prepoſtero. ¶ Die autē lu-
ne. deuotius atqꝫ ſpeciali⁹ precibꝫ inſiſto /
petens ſecundū ſanctiſpūs donū ſcilꝫ do-
nū pietatis ſeu miſericordie. taꝫ ad me q̄ꝫ
ad meū proximū Cū beatitudine alia ſcꝫ
mititate ſeu māſuetudine Et hoc cōtra in-
uidie venenū Et vt deus in tentatōem ne
inducat. i. ne in tentatōnibus ſuccumbe-
re ꝛ vinci ꝑmittat. quod eſt ſecūda petitio
oratōis dominice. ¶ Die vero martis ſin-
gularius pro dono ſanctiſpūs tertō ſup-

Et